


## PYRAMUS ET THISBE

Fabulam, quae sub nomine Romei et Iulittae luculenter a Willelmo Shakespeare narrata est, certe nouisti et pergrate legisti. Num tibi constat in Ouidii Metamorphoseon libro IV (uu. 56-165) narrationem huic similem inueniri posse, quae alias auctor ille anglicus in actione nominata 'Somnium aestiuae noctis' admisit? Scias originem a poeta romano non accepisse nec eo tempore uulgarem fabulam Romae esse. Ab Asia enim uenit. Noueris de amore impedito quoque non intellectam, nam a poeta nostro narratur de arbore "quae poma alba ferebat, nunc nigra fert contactu sanguinis" (uu.51-2).

Die quodam, in ludo litterario, magister fabulam illam a Ouidio narratam discipulis legit et immitandam proposuit. Tullius, quanquam perspicacior, dubius erat quid faceret. Marcum consulat et ab eo consilium capit ne uerbis tantum utatur sed picturis etiam confingat rem. Quid tibi uidetur de Marci consilio? In Madeira insula, Funchalensi ciuitate, quaedam puellae, quibus nomina Ana Maria, Aurora, Maria Bela, Maria João, aliaeque operam dederunt ut fabulam ouidianam picturis illustrarent. Ingenium illarum puellarum admira, quodcumque est, nec ab emendatione abstineas si forte credas necessarium. Exemplum tibi proponunt; tu nunc, optime lector, eris alter ab illis.

A. N.

Pyramus et Thisbe, iuvenum pulcherrimus alter, altera quas Oriens habuit, praelata puellis" in urbe Orientis habitant...







Contiguas tenuere domus, ubi dicitur altam Coctilibus muris cinxisse Semiramis urbem
Notitiam primosque gradus uicinia fecit; Tempore creuit amor;
... taedae quoque iure coissent, sed vetuere patres
Si Pyramum amas, uerberaberis!


…quod non potuere vetare, ex aequo captis ar-
debant mentibus ambo.
Consciu
omnis
abest; nu
tu signi
que locu
tur, quo
que ma
gis te
gitur
tectus m
gis aes
tuat i
gnis.
Pyrame, amor mi!…
Thisbem amo!…
Fissus erat tenui rima, quam duxerat olim, cum fieret, paries domui communis utrique. Id vitium, nulli per saecula longa notatum…
(Quid non sentit amor?)

... primi vidistis, amantes, et uocis fecistis iter;




tutae-
que per
illud mur
mure bla
ditiae mi-
nimo tran
sire sole-
bant. Sae-
pe, ubi
constite-
rant hinc
Thisbe, Py-
ramus
illinc, in-
que uices
fuerat ca
ptatus an
litus ori

Ta
lia diversa
nequiquam

sede locuti sub noctem dixere uale, partique dedere oscula quisque suae non peruenientia contra.

... Postera nocturnos aurora remouerat ignes Solque pruinosas radiis siccauerat herbas; ad solitum coiere locum.






62

"Neue sit errandum lato spatiantibus aruo, conueniant ad busta Nini lateantque sub umbra arboris; arbor ibi niueis uberrima pomis, ardua morus, erat, gelido conterminа fonti. Pacta placent; et lux, tarde discedere uisa, praecipitatur aquis et aquis nox exit ab isdem."




callida per tenebras, versato car dine, Thisbe egreditur fallitque suos adopertaque vultum pervenit ad tu mulum dictaque sub arbore sedit; Audacem faciebat amor.
Venit ecce recenti caede leaena boum spumantis oblita rictus, depositura sitim vicini fontis in unda
Quam procul ad lunae radios Babylonia Thisbe vidit et obscurum timido pede fugit in antrum;
«Dumque fu- git, tergo ve lamina lapsa reliquit. Ut lea saevo sitim multa com- pescuit und dum redit in silvas, inve tos forte si ipsa ore cru tato tenues laniavit am ctus.




Serius egressus vestigia uidit in alto puluere certa ferae totoque expalluit ore Pyramus; ut uero uestem quoque sanguine tinctam Repperit:

64




Velamina Thisbes Tollit et ad pactae secum fert arboris umbram utique dedit notae lacrime dedit osculo uestri

Quoque erat accinctus, demisit in illa ferrum, nec mora, ferventi moriens e vulnere traxit et iacuit resupinus hum cruor emicat alte, non aliter quam cum vitiato fistula plumbo scinditur et tenui stridente forami ne longas eiaculatur aquas atque ictibus a ra rumpit. Arbores fetus aspergine caedis in atram vertuntur faciem madefactaque sanguine radix purpureo tingit pendentia mora colore.


Ecce metu nondum posito, ne fallat amantem, illa redit iuuenemque oculis animique requirit quantaque uitarit narrare pericula gestit; utique locum et visa cognoscit in arbore formam, sic facit incertam pomi color; haeret, an haec sit. Dum dubitat, tremebunda videt pulsare cruentum membra solum retroque pedem tulit oraque buxo pallidiora gerens, exhorruit aequoris instar, quod tremit, exiguo cum summum stringitur aura. Sed postquam remorata suos cognovit amores, percutit indignos claro plangore lacertos et laniata comas amplexaque corpus amatum vulnera supplevit lacrimis fletumque cruori miscuit et gelidis in vultibus oscula figens
"Pyrame, Quis te mihi casus ademit? Pyrame, Responde; tuo te carissima Thisbe nominat; exaudi vultusque attolle iacentis."
Ad nomen Thisbes oculos a morte gravatos Pyramus erexit visaque recondidit illa.
«Tuo te manus amorque perdidit, infelix! Est et mihi fortis in usum hoc manus, est et amor; dabit hic in vulnera vires. Persequar extinctum letique miserrima dicar causa comesque tui; quique a me morte revelli. Heu! Solo poteras, poteris nec morte revelli. Hoc tamen amborum verbis estote rogati, o multum miseri, meus illiusque parentes, ut quos certus amor, quos hora novissima iunxit, componi tumulo non invideatis eodem. At tu, quae ramis arbor miserabile corpus nunc tegis unius, mox es tectura duorum, signa tene caedis pullosque et luctibus aptos semper habe fetus, gemini monumenta cruoris.»

Dixit et aptato pectus mucrone sub imum incubuit ferro, quod adhuc a caede tepebat.



Vota tamen tetigere deos, tetigere parentes; nam color in pomo est, ubi permaturuit, ater, quodque rogis superest, una requiescit in urna.



